



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Disp. V. De pluralitate personarum,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

## DISPV TATIO V.

*De pluralitate personarum.**Ad quæst. 30. D. Thomie*

**D**e pluralitate personarum in Deo fusè egimus disputatione proemiali, confundendo errorem præixer & Sabellij, qui unicam in Deo personam adnoscabant. Unde circa hanc quæstionem duum tantum hic nobis occurruunt examinanda. Primum est, an in Deo, ut præintellecto relationibus & personis, detur aliqua subsistens absolute & communis? Secundum, an præter illam tres adhuc relativæ & propriæ in personis divinis admittenda sint?

## ARTICVLVS PRIMVS.

*An in Deo secundum se considerato, & ut præintellecto relationibus & personis, detur aliqua subsistens absolute?*

**I**n hujus difficultatis resolutione duas sunt celebres sententiae, omnino opposita. Prima negat dari in Divinis aliquam subsistentiam absolutam, communem tribus personis, & propriam divinæ naturæ; & consequenter assertit divinam naturam subsistere in divinis personis, per proprias tantum earum subsistentias relativas. Ita Vazquez in præsenti disput. 125. cap. 3. Arrubal, Merarius, alijque Recentiores, & ex nostris Aravius 2. tomo metaph. libro 7. quæst. 2. art. 3. & novissime P. Nicolai 3. p. quæst. 3. art. 3. ad 1. ubi cum D. Thomas dicat: *Et per hunc modum potest intelligi quod (natura divina) assumat naturam humana, ratione sue subsistente, vel personalitate.* advertit in notis quod D. Thomas non concludit posse naturam divinam assumere, sed intelligi posse assumere, quia intelligitur ut persona, rameti non sit. Et postea subdit: *Quibus oculis ergo subsistentiam absolutam, que rationem personæ non habeat, illius confitores viderunt eam aperte subsistens pro persona, ut & subsistens pro personalitate, vel pro subsistens personalitas, quinque inculcatur.* &

Secunda sententia, illi opposita, hujusmodi subsistentiam admittit in Deo secundum se Considerato, & ut præintelligitur personis. Ita Cajetanus suprà quæst. 3. art. 3. quæst. 29. art. 4. infra quæst. 39. art. 4. tertia parte quæst. 2. art. 2. circa solut. ad 3. & quæst. 3. art. 2. Illam etiam defendunt alii Thomistæ, & ex extraneis Molina, Suarez, & Granado, qui plures alios refert; & egregie offendit contra Vazquez, Cajetanum non esse primum Auctorem hujus subsistentiae.

**2** Hanc tamen item & controversiam existimo magis esse de nomine, quam de re, & procedere ex diversa hujus nominis, subsistentia, acceptance & intelligentia. Unde ut omnis tollatur equivocatio, & facilius hæc quæstio resolvatur.

Observandum est ex D. Thoma, quæst. præcedenti art. 2. *Ex eo quod res aliqua per se existit, & non in alio, vocari subsistentiam: illa enim subsistere dicimus, que non in alio sed in se existit.* Unde sicut aliquid dicitur esse in alio duobus modis: primum quia ab illo dependet ut recipiat esse: secundum quia illi communicatur, quamvis ab illo

A non dependeat, ut constat in anima rationali, que dicitur esse in materia, et si non dependeat ab illa. Ita etiam dupliger aliquid potest dici per se existere, ac proinde subsistere: primum quia exigit independenter ab alio; secundum quia alteri non potest communicari. Ex quo fit, subsistentiam accipi posse, & pro perfectate excludente dependentiam, & pro perfectate excludente communicationem. Hac observatione præmissa, facile poterit resolvi difficultas proposita. Unde sit.

§. I.

**B** *Duplici conclusione difficultas proposita resolvitur.*

**D**ico ergo primum: Si subsistentia accipiat pro perfectate excludente communicabilitatem alterius ut supposito, non est ponenda in Deo secundum se considerato, & ut præintelligitur relationibus & personis.

Concluho est omnino certa: Natura enim divina, ut præintelligitur relationibus, tribus personis est communicabilis, & de facto illis communicatur. Ergo ut sic non potest gaudere aliqua subsistentia, qua tribuat incomunicabilitatem alterius ut supposito.

**C** Confirinatur: Subsistentia in hac secunda acceptione, nihil aliud est quam personalitas: Sed in Deo, pro priori ad relations, non datur personalitas: Ergo nec subsistentia in secunda acceptione. Minor probatur: Cum enim personalitas sit constitutivum personæ, si in Deo, pro priori ad relations, daretur personalitas, Deus in illo priori esset persona, & sic darentur quatuor personæ in Deo; quod est contradicendum, & expressam definitionem Concilii Lateranensis, negatis in Deo personarum quaternitatem.

**D**ico secundo: Si subsistentia usurpetur pro feitate, excludente dependentiam ab alio includendo, convenit naturæ divina secundum se considerato, & ut præintelligitur relationibus & personis.

Probatur conclusio primæ ex Agathone Pap. in Epistola quæ habetur in sexta Synodo actione 4. parvum à principio, ubi dicitur: *Confitemur trinam subsistentiarum sive personarum unam subsistentiam.*

Secundæ ex Augustino 7. de Trinit. cap. 4. & cente: *Omnis res (scilicet substantialis) ad ipsam subsistit, quantum magis Deus?* Idem docet Hieronymus epist. 57. ad Damatum, Cyrus Alexandrinus, & alii SS. Patres, quos referunt Carmelitæ Salmantenses hie disp. 9. dubio 5. §. 2.

Tertiæ ex S. Thoma, qui candem veritatem variis in locis apertissime docet. Nam in 1. distin. 2. quæst. 2. art. 1. sic ait: *Natura Divina est in se habens esse subsistens, nullâ intelligentia personarum distinctione.* Et in 3. dist. 6. quæst. 2. art. 2. ad 1. assertit quod in Deo ipsa essentia subsistens est, non de ei secundum se debet esse, immo ipsa est suum se subsistens. Et 4. cont. Gentes capit. 14. dicit quod in Deo sunt plures res subsistentes, similitudines consideremus, & una res subsistens, si consideretur essentia. Denique quæst. 9. de potentia art. ad 13. In Divinis (inquit) proprietas personæ hoc solum habent, quid supposita natura divina ab invicem distinguantur, non autem sunt principium subsistendi divinae essentie, ipsa enim divina essentia est secundum se subsistens.

Ex quibus locis respödere possumus ad animad-

versiones P. Nicolai, nos iisdem oculis subsistensiam absolutam quae non habeat rationem personae, legere, quibus legitimis in locis a nobis citatis, quod divina essentia est secundum se subsistens, quid proprietates personales non sunt proprietas divinae essentiae &c. Et quoniam saepe huiusmodi divinae essentiae &c. Ita explicandus sit, quis fortitan D. Thomas 3. p. Ita explicandus sit, quod etiam si nulla intelligeretur in Deo persona, quod etiam si nulla intelligeretur solum naturam distinctio, sed intelligeretur solum naturam divinam subsistens, ac subinde habens rationem personae, qualem intelligunt Judaei, & Philosophi posuerunt, qui unicam in Deo personam admittabant; attamen ex locis supra positis facili convincitur, D. Thomam voluisse quod etiam si concipiatur natura divina ut prævenit personas, et ratione non habet rationem personæ, adhuc tamen potest naturam humanam assumere.

Necobstat D. Thomas dixisse, posse intelligi naturam essentiae &c. Etiam apud D. Thomam & resp. idem est possit intelligi, & non repugnat, quia que repugnant, non possunt intelligi, quidem que possunt intelligi, non repugnant, quantum est impossibile apud Deum omne verbum: Citerior D. Thomas dixerit, posse intelligi naturam divinam posse assumere, etiam ipsa natura divina potest assumere naturam humanam.

Aliomodo conatur Vazquez eludere testimoniū ipsa adducta D. Thomas & SS. Patrum: reponet enim, D. Thomas, & alios SS. patres alios, usurpare subsistentiam pro existentia.

Sed hec solutio multipliciter potest confutari: Primum quia si valeat hac responso, eodem modo, & per facilitate, eludi poterunt omnia testimonia, quibus ipse Vazquez & alii Authores probant contra Durandum, & alios infra referendos, tam personis divinis tres subsistentias relativas, tam eodem modo glossari poterunt, & dici SS. Patres in illis locis subsistentiam usurpare pro existentia: Ergo Vazquez hac responso arma subministrat Adversariis ad infringendam vim omnium argumentorum, quae adducit contra Durandum, & alios negantes in Divinis tres subsistentias relativas.

Secundo. Si locis allegatis subsistentia sumetur pro existentia, quando D. Thomas ait, quod divina essentia est suum esse subsistens, sensus est, quod Deus est suum esse existens, vel existentia subsistens; quod est inutilis repetitio, & batalognacollerabilis.

Tertio. Ex eo quod in Deo ipsa essentia divinabifitens est, infert D. Thomas quod ei secundum se debetur esse, in modo quod ipsa est suum esse. Sed hic discursus non valeret, in modo omnino nugatorius, si per ly subsistens, intelligenter existit, nam idem est ac si diceretur, ex eo quod in Deo ipsa essentia est existens, ei deberi essentia: Ergo &c.

Denique D. Augustinus immediate ante verbis, sic habet: Sicut ab eo quod est esse appellatur essentia, ita ab eo quod est subsistere, subsistens dicitur. Ergo quando subicit: Omnis res ad ipsam subsistit, quanto magis Deus: non loquuntur de existentia, sed de subsistentia, seu modo per se existendi, excludente dependentiam ab alio subsistente, quem dicimus, pro priori ad relationes & personas, convenire divina essentia.

## §. II.

Eadem veritas ratione suadetur.

Præter tam evidētia testimonia, plures sunt rationes egregiae, quibus eadem veritas efficiaciter suaderi potest.

Prima est. Deitatis concretum, quod per hunc terminum, hic Deus, significatum, non constat præcisè ex natura divina, & existentia: Ergo includit necessariò subsistentiam: Non relativam, nam hic Deus prædicatur de tribus personis, ut quid secundum rem commune illis: Ergo absolute. Antecedens probatur: Concretum Deitatis significare debet aliquid per modum habentis, sicut ly homo, significat habens humanitatem: Sed natura divina, etiam prout existens, si à subsistentia secludatur, non significatur per modum habentis, sed potius tanquam id quo aliud constituitur in ratione Dei; sicut humana Christi natura, præcisa à subsistentia Verbi, quantumvis intelligatur existens per creatam existentiam, non dicitur homo, sed humanitas; nec in concreto significatur, sed abstractè, nec etiam est id quod est, sed id quo Christus Dominus constituitur in ratione hominis: Ergo concretum Deitatis, quod significatur hoc nomine, Deus, non constat ex natura præcisè & existentia, sed ex natura per subsistentiam terminata.

Secunda ratio. Deus, ut præintelligitur personis, est subsistens: Sed non subsistentia personali & relativā, ut in prima conclusione ostendimus: Ergo subsistentia à essentiā & absolutā. Minor patet, Major autem, in qua solū potest esse difficultas, probatur primō. Deus, ut præintelligitur personis, creat, & operatur res ad extra, alias non essent indivisa opera Trinitatis ad extra, est etiam in illo priori intelligens & volens: Ergo in illo priori est subsistens. Probatur Consequentia: nam ut ait D. Thomas infra quæst. 75. art. 2. Nihil potest per se opera, nisi quod per se subsistit: Unde commune axioma est: Actiones sunt suppositorum, vel subsistentium. Ratio etiam id suadet: Cū enim subsistentia sit actus substantialis, prius naturā convenit quam operatio, quae ex coīmuni conceptu actus spiritualis non est.

Secundū probatur eadem Major: Subsistere dicit maximam perfectionem, dicit enim modum essendi perfectissimum: Ergo non debet Deo denegari, etiam ut præintelligitur tribus personis. Consequentia patet: Tum quia omnis perfectio imaginabilis debet reperiri in divina essentia: Tum etiam quia, ut supra ostendimus, relationes nullam addunt perfectionem ad divinam essentiam, sed potius totam perfectionem quam habent, ab illa accipiunt.

Tertio eadem Major ostenditur. Divina essentia intra suam lineam est infinita: Ergo & subsistens. Probatur Consequentia: Ideo natura creata, intra propriam lineam non subsistit, sed ratione sui suppositi, quia finita est, & sic dependet ab illo ut à sustentante: Ergo si divina natura intra propriam lineam sit infinitè perfecta, erit subsistens intra propriam lineam.

Denique eadem Major suadetur ratione de sumpta ex Tractatu de Incarnatione. Nam ut docet S. Thomas 3. p. quæst. 3. art. 3. abstractis per intellectum personalitatibus, potest Deus assumere naturam creatam: Ergo Deus, ut præintelligitur personis, est subsistens. Consequentia

## DISPVATATIO QVINTA

214

**A** patet: si enim in illo priori non esset subsistens, non posset supplerre vices subsistentie creatae, & reddere naturam creatam subsistentem; implicat enim illam reddi subsistentem, nisi per subsistentiam propriam, vel alienam: Ergo non posset illam assumere, in hoc enim consistit assumptio, quod Deus terminet naturam alienam, & supplet vices subsistentiae creatae.

### § III.

*Ratio fundamentalis expenditur.*

**B** **II** **T**ertia ratio, qua est fundamentalis, sumitur ex principiis supra statutis. Nam per subsistentiam absolutam, quam dicimus convenire naturae divinae secundum se, nihil aliud intelligimus, quam perfectatem excludentem dependentiam ab alio ut sustentante: Sed natura divina, secundum se, & ut praetelligitur relationibus & personis, gaudet tali perfectate & independentia; cum non dependeat a relationibus in existendo, sed potius relationes per cuius existentiam existant, ut disputatione praecedente ostendum est:

**12** Ergo natura divina secundum se, & ut praetelligitur relationibus & personis, gaudet subsistentiâ absolutâ.

Huic argumento duplum responderent Adversarii. Aliqui enim concedunt naturam divinam, pro priori ad relations & personas, per se existere, independentem ab alio ut sustentante; negant tamen quod subsistat, quia (inquit) in independentia ab alio in existendo, non salvatur ratio subsistentiae, sed solum in perfectate excludente communicabilitatem alteri ut supposito; que perfectas, pro priori ad relations, non competit naturae divinae, cum sit communicabilis tribus personis.

**13** Secundum alii respondent, negando quod naturae divinae, pro priori ad relations, competit perfectas in existendo, per exclusionem dependentiae a sustentante: nam (inquit) in existendo dependet a relationibus; neque ex hoc existimant aliquam imperfectionem redundare in divinam existentiam, eò quod relationes ab illa realiter sint indistinctæ.

Sed neutra solutio satisfacit. Prima enim, ut supra annotavimus, totam hanc controversiam devolvit ad questionem de nomine: in questione autem de nomine, potius standum est authoritati Augustini & D. Thomæ, quam iudicio recentiorum authorum; & temerarium est dicere cum Vazque, Hieronymum & Augustinum non sat intellexisse huius nominis significationem. Unde cum illi SS. Patres, & præcipue D. Thomas, locis supra allegatis, perfectati jam explicatae tribuant nomen subsistentia, non est cur illud ei denegemus, præsertim cum ratio id suadeat: de eo enim quod per se existit, perfectate independentiae, absolutè verum est dicere existere per se: Ergo absolutè verum est dicere quod subsistit. Consequitur probatur: nam (ut supra ex D. Thoma observavimus) in perfectate existendi subsistentia consistit: nec alia ratione anima rationalis separata a corpore subsistit, nisi sic separata, perfectate independentiae gaudet, et si communicabilis sit.

**14** Confirmatur: Subsistentia creata duo præstat naturae quam terminat: primum, quod existat per se, perfectate independentiae: secundum, quod per se existat perfectate incomunicabilitatis: At di-

vinæ relationes, quia dant secundam perfectatem, dicuntur & sunt revera subsistentie: Ergo si formalitas absolute tribuat divinæ essentie primam, erit revera subsistentia, & nomine subsistentia absolute gaudebit.

Secunda solutio omni probabilitate caret, & facilè potest confutari. Nam existentia ut exercita convenit, essentialiter natura divina, in factu absolute consideratur: Ergo ut illi conveniat, à relationibus, qua posteriores sunt, non dependet, & consequenter per se convenient illi, perfectate excludente dependentiam à sustentante.

Præterea, Si divina essentia non existeret ut quod, pro priori ad relations, sed ratione illarum, intelligeretur pro eo priori imperfecta, etiam si relations, ratione quarum existere, essent ab ea realiter indistinctæ: Ergo pariter si non existat perfectissimo modo, consistente in perfectate excludente dependentiam à sustentante, non salvabitur in illa debita perfectio; quamvis relations, ratione quarum ei convenienter perfectas existendo, realiter ab illa non distinguuntur.

Confirmatur: Imperfecta esset divina intellectio, si verbo indigeret, & ex indigentia verbum produceret, et si verbum ab illa realiter non distinguatur: Ergo pariter imperfecta esset divina existentia, si indigeret relationibus ut per se convenienter essentia; et si relations realiter ab illa sunt indistinctæ.

### §. IV.

*Solvuntur objectiones.*

**C**ontra istam conclusionem objiciunt ipsi Adversarii: Subsistentia, juxta Concilium & SS. Patres, quorum plura referuntur testimonio, idem significat latine quod Græcè *hypostasis*: Sed nullus Theologorum audet concedere hypothesis absolutam in Deo, ut prætelleto ad relationibus & personis: Ergo nec subsistentia absoluta in illo admittenda est.

**D** Respondendo distinguendo Majorem: Subsistentia idem significat latine quod Græcè *hypostasis*, aliqua sui acceptione, eaque frequenti, concedo Majorem. In omni sua acceptione, nego Majorem. Nam sicut hoc nomen, *subsistentia*, duplum sumitur, & pro supposito, & pro effente; & in prima acceptione conceduntur tres substantias in Deo, & negatur una substantia; in secunda vero conceditur una, & negatur tres substantias, de quo D. Thomas quæst. præcedenti articulo, ad 2 & hic articulo, ad 1. Ita hoc nomen *subsistentia*, duplum accipitur: primò pro perfectate excludente dependentiam à sustentante: secundò pro perfectate excludente communicabilitatem supposito per primo modo existente, & non pluribus: secundò plures & non una, & in hac secunda acceptione correspondet nomini græco *hypostasis*.

Advertendum tamen est, quod sicut non dicimus absolutè tres substantias, ne detur occasio erroris; sed solum cum addito, scilicet tres substantias individuas, ut supra art. 1. ex D. Thoma observavimus. Ita etiam, ne detur occasio erroris absolutè dicendum 'non est, dari in Deo unam substantiam, sed solum cum addito, addenda scilicet, absolutam, vel aliquid aliud, denorans nos loqui de absoluta substantia'.

Objiciunt secundo: Si Deus pro priori ad relations subsisteret, esset persona: Sed hoc non est dicendum, alias in Deo datur personarum qua-

teritas, quod in Concilio Lateranensi damnatum fuit; Ergo Deus, pro priori ad relationes, non subsistit. Sequela Maioris probatur: Persona nihil aliud dicit, quam subsistens in natura intellectus: Ergo si Deus, pro priori ad relationes, subsistet, et per persona.

Hunc argumentum patet solutio ex dictis in pri-  
ma conclusione. Maior enim distinguenda est: Si  
subsistenter subsistentia significante perfectatem,  
excludente communicabilitatem alteri ut sup-  
posito, concedo Maiorem: Si subsistet subsi-  
stentia accepta pro perfectate, excludente solam  
dependentiam ab illo in existendo, nego Mai-  
orem. Vel clarius: si subsistenter subsistentia perso-  
nae incommunicabili, concedo Maiorem: si  
subsistentia absoluta & communicabili, nego  
Maiorem. De ratione enim personae est, quod  
si subsistens in natura intellectuali incommu-  
nicabitur, ut constat ex definitione illius supra ex-  
posita.

Dices: Si Deus pro priori ad relationes sit sub-  
sistens subsistentia absoluta, erit saltem semi-per-  
sona: quia licet ei desit incomunicabilitas, qua  
ad integrum & completam rationem personae re-  
quiritur, habebit tamen subsistentiam, seu per-  
ficiatem in existendo, quae est unum ex requisitis  
ad rationem personae.

Respondeo negando sequelam: quamvis Caje-  
sum & quidam alii eam concedant. Sicut enim  
ex quo equus participet rationem animalis,  
qua est unum ex praedicatis essentialibus hominis,  
non potest dici semi-homo: ita etiam licet Deus,  
pro priori ad relationes, gaudeat subsistentia,  
qua est unum ex requisitis ad rationem personae,  
non tamen debet dici semi-persona. Ratio est:  
quia silentia rerum consistunt in indivisibili, &  
schabent sicut numeri, qui ex additione vel de-  
vastatione unitatis mutant speciem. Unde sub-  
sistenter differentia essentialia & specifica, statim lo-  
vitur species: quamvis unum ex praedicatis essen-  
tialibus remaneat.

**D** Objicis tertio Vazquez: Deitas praetintellecta  
personis, non potest esse principium generandi ut  
quod ad intra: Ergo non potest intelligi ut sic sub-  
sistat.

Sed nego Consequentiam. Ad hoc enim ut  
Deitas intelligatur principium quod generationis  
eterni Fili, debet concipi cum paternitate, ut  
et ratio incomunicabiliter subsistendi, quia de-  
sideratur realis distinctio inter generans & geni-  
tum, qua non potest esse nisi per relationes: ut  
autem Deitas intelligatur subsistens, sufficit ut  
intelligatur existens per se, & independentia a  
quocumque alio, quod illi convenit secundum se,  
& praetintellecta relationibus & personis.

Objicis quartu: Ut divina natura subsistat,  
sufficiunt tres subsistentiae relativae: Ergo frustra  
poterit subsistentia absoluta.

Respondeo negando Antecedens: nam rela-  
tiones non tribuant natura divina subsistere subsi-  
stentia accepta pro perfectate independentia a su-  
sistente, sicut nec illi tribuant independentiam  
a subiecto inhesionis, sed solum tribuant illi in-  
communicabilitatem, & ideo subsistentia abso-  
luta, ad praestandum primum necessaria est.

Dices, in Deo utrumque possit praestari a rela-  
tionibus: sicut in creatis personalitas utramque  
perfectam tribuit natura quam terminat, redi-  
cendo illam independentem ab alio ut subsistente,  
& incomunicabilem alteri ut supposito.

Sed hoc negandum est: independentia enim a

A sustentante, cum perfectio maxima sit, non po-  
test a relatione praestari, quae ratione sui in nostra  
sententia perfectio non est, & etiam si detur quod  
perfectio relativa sit, essentiam in linea absoluta  
perfecto modo existentem supponit, ut supra di-  
cebamus. Unde patet disparitas ad exemplum ad-  
ductum: nam in natura creata potest ab eadem  
forma praestari quod perfectionis est, nempe in-  
dependentia a sustentante, & quod est incommu-  
nicabilitatem: in Deo autem id quod est perfectio-  
nis, non potest praestari nisi ab essentia, & incom-  
unicabilitas non potest oriiri nisi a relationibus.

Dices rursus: Si in Deo est et una tantum per-  
sona personalitas utrumque praestaret, redderet  
enim naturam divinam independentem ab alio ut  
sustentante, cique incomunicabilitatem tribueret:  
At nulla est ratio, cur tres personalitates,  
quas Religio Christiana fatetur in Deo non praes-  
tent totum id quod tunc praestaret una persona-  
litas: Ergo idem quod prius.

Respondeo concessa Maiori, negando Minorem: Nam in hoc casu, vel personalitas non est  
virtualiter a natura divina distincta, vel ad minus  
est perfectio absoluta: nullum autem est incon-  
veniens, quod independentia a sustentante, qua  
(ut diximus) maxima perfectio est, conveniat  
essentia divina dependenter ab aliqua perfectio-  
ne essentiali & absoluta, praesertim si talis perfectio  
identificetur cum essentia, sine virtuali discrimine.  
Modo vero tres personalitates, quas Religio  
Christianus in Deo agnoscit, & relativae sunt,  
& virtualiter a essentia distinctae, illaque post-  
iores. Est autem inconveniens, quod modus  
perfectissimus existendi (qualis est subsistentia,  
prout dicit independentiam ab alio ut sustentante)  
competat Deo dependenter a relationibus, qua-  
ratione sui perfectiones non sunt, sed totam per-  
fectionem quam habent, desumunt a divina es-  
sentiā, que in illis includitur.

Objicies quartu: Subsistere est per se existere,  
vel non in alio, seu cum repugnantia ad existendum  
in alio: At natura divina, pro priori ad relationes,  
hac perfectate non gaudet, cum potius petat in  
personis existere: Ergo pro illo priori non sub-  
sistit.

Respondeo distinguendo Maiorem: per se vel  
non in alio sustentante, concedo Maiorem: ut  
praeceps terminante, nego Maiorem, in omni  
subsistentia acceptance. Ex sub eadem distinctio-  
ne Minoris, nego Consequentiam: nam licet na-  
tura divina petat esse in personis, ratione fecun-  
ditatis, non tamen petat esse in illis ratione indi-  
gentiae ut existat exercite, sed hoc habet ratione  
sui, unde est in personis praeceps ut terminantibus,  
non ut sustentantibus.

**E** Objicis quartu: Sustentari a supposito, est ab illo com-  
pleri: Sed natura divina completur per subsisten-  
tias relativas: Ergo ab illis sustentatur. Minor  
probatur: cum enim natura divina petat subsisten-  
tias relativas, illae debent aliquo modo ad natu-  
ram spectare, cumque ad illam non pertineant ut  
proprietas, debent saltem ad illam pertinere ut  
complementa, seu ut modi quibus comple-  
tur.

Respondeo distinguendo Majorem: sustentari  
a supposito est ab illo compleri: complemento  
requisito ob indigentiam ad existendum exercite,  
concedo Majorem: requisito ob solam fecundi-  
tatem natura & existentiae, nego Majorem: &  
sub eadem distinctione Minoris, nego Conse-  
quentiam: nam relationes divinae, eti com-

## DISPUTATIO QVINTA

216

pleant naturam, complemento orto ex summa fecunditate, ratione cuius petit existere in tribus personis, non tamen complemento orto ex indigentia, ut exercitè existat, quia cum hoc non staret summa perfectio absoluta essentia: sicut nec summa perfectio divinae intellectus subsisteret, si verbum esset complementum eius ex indigentia, & ex infinita divini intellectus fecunditate non procederet.

<sup>32</sup> Instabis: Divina essentia non potest existere sine relationibus: Ergo subsistens relativa sunt complement ex indigentia naturae ad existendum.

Sed nego Consequentiam, & insto, tum in possibilite creaturarum, sine qua omnipotencia subsistere nequit, tum in divina intellectione quæ sine verbo non potest existere, & tamen nec creaturarum possibilis requiritur ex indigentia, sed ex fecunditate omnipotentia, nec verbi produc̄tio ex indigentia, sed ex fecunditate intellectus.

Objicies ultimò: Si natura divina ratione sui esset subsistens, Deitas non posset intelligi in abstracto, quod enim afferat essentialiter subsistens, non potest intelligi, nisi ut id quod est, & consequenter nisi in concreto.

Respondeo distinguendo Majorem non posset intelligi in abstracto, si conciperetur ut est in se, concedo Majorem: si concipiatur imperfecte & per analogiam ad res creatas, qualiter à nobis concipitur, nego Majorem. Nos enim assueti rebus materialibus & creatis, concipi mus naturam divinam inadequatè, non concipiendo illam ut est subsistens, & ideo illam in abstracto, & per modum forma constituentis concipi mus.

### ARTICVLVS II.

*An subsistens in personis divinis realiter multiplicetur.*

<sup>34</sup> Hanc questionem sub aliis terminis aliqui proponunt, inquirentes an præter subsistens absolutam, quæ divinae essentia secundum se considerata convenire ostendimus, dentur in personis divinis tres subsistens relativæ, realiter inter se distinctæ, & virtualiter à subsistens absoluta essentia?

Partem negativam tenet Durandus in 1. dist. 13. quæst. 2. existimans tres personas divinas totam rationem subsistendi defunere a subsistens absoluta essentia in illis inclusa, incommunicabilitatem vero præstari à relationibus, & consequenter tres subsistens relativas, ad constituendas divinas personas, esse omnino superfluas. In eadem sententia videntur inclinare Capriolus in 1. dist. 26. quæst. 1. articul. 1. concl. 3. & Ferrariensis 4. contra Gentes cap. 26. eique favent Nazarius & Aſtrucensis, locis infra allegandis.

Alii tamen Thoiniste partem affirmativam defendunt, & præter subsistens absolutam & communem, quam in Deo, ut præintellecto relationibus & personis, agnoscent, tres alias relativas & incommunicabiles in divinis personis admittunt.

S. I.

*Statuitur prima conclusio.*

Dico primò: Subsistens pro perfectate independentia sumpta, non multiplicatur in personis divinis.

Probatur primò conclusio: Unica existentia essentia sufficit, ut existant relations divinae, ut disputatione præcedenti ostensum est: Ergo una existentia essentia perfecta, sufficit ut illa per se existant, & consequenter non multiplicabitur in illis realiter subsistens accepta pro humilioi perfectate. Consequentia patet: nam ideo sufficit una existentia essentia, quia infinita est in ratione existentia: At etiam subsistens essentia infinita est in ratione excludens dependentiam subsistente: Ergo etiam unica perfecta independentia sufficit ut divina natura & personæ perfecta existant.

probatur secundò: Absoluta non multiplicatur in Divinis: Sed subsistens, pro perfectate independentia sumpta, est quid absolutum: Ergo in personis divinis non multiplicatur. Major patet: nam omnia in Deo sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio. Minor vero probatur: Illud est absolutum, quod convenit Deo proprii ad relations & personas, ut per se manifestum est: Sed subsistens, pro perfectate independentia accepta, convenit Deo ut præelectorationibus & personis, sicut articulo præcedenti ostendimus: Ergo est quid absolutum & commune tribus personis.

Confirmatur & magis illustratur hec ratio: Quæ convenient personis ratione essentia, non in ratione relationum, non multiplicantur: Sed subsistens, ut dicit perfectatem independentia ab alio sustentante, convenient personis divinis ratione essentia, & non ratione relationum: Ergo in illis realiter non multiplicatur. Major est certa, & patet ex discendi disp. sequenti: Minor vero, in qua est difficultas, probatur primò ex D. Thoma, qu. 9. de potentia art. 5. ad 13. q. 27. quod proprietatis personales habent quod substantiant ab essentia: Sed hoc non potest intelligi de subsistens pro perfectate incommunicabilitate accepta, illa enī, ut ostendimus conclusione consequenti, convenient personis divinis ratione relationum: Ergo debet verificari de subsistens pro perfectate existendi opposita dependentia.

Secundò suadetur eadem Minor: Eaque perfectionem dicunt, convenient personis divinis propter essentiam, non verò propter relationes, quæ in nostra sententia, ratione sui, perfectas non sunt, sed totam bonitatem & perfectionem quam habent, ab essentia in illis inclusa definitas: Atque perfectas independentias in existendo, maxima perfectio est, ut patet ex dictis articulo præcedenti: Ergo non convenient personis divinis, ratione relationum, sed solum ratione essentie.

Tertiò probatur Minor principialis: Perfectas independentias ab alio sustentante convenient relationibus divinis, ex eo quod sine subtilitate, & non accidentia, sicut relationes creatae: Sed habent exidentitatem cum divina substantia seu essentia, ut patet: Ergo talis perfectas illis convenient ratione essentia. Itaque personalitas Patris, &c. est ratio subsistendi independenter, & ratio subsistendi incommunicabilitate: primum non habet ex velineæ relativæ, sed ratione essentie in illa inclusa, secundum vero ratione propria lineæ, & ideo multiplicantur subsistens in secunda acceptione, ut sequenti conclusione videbitur, scilicet autem in prima, de qua solum in hac conclusione loquimur.

Dices, Ex hoc sequi, personalitatem Patris intra propriam lineam non obtinere completam personalitatis rationem: Consequens videtur fal-

fum: Ergo &c. probatur sequela: De ratione A complete personalitatis est quod sit ratio subsi- stendi, ne dum incommunicabiliter, sed etiam in- dependenter: Tum quia de ratione persona utraque à con- querperfetas est, & consequenter utraque à com- plete personalitate debet provenire: Tum etiam, quia personalitas creata habet ratione sui utram- que perfectam præstare: Ergo si paternitas ratio- ne linea utramque non exhibet, non obtine- bit intra propriam lineam completam personali- tates rationem. Ex quo ulterius sequitur, aliquid ad personalitatem spectans, à divina natura pro- venient; ac proinde illam esse semi-personam, ut loquitur Cajetanus.

**B** Respondeo negando sequelam: ad cuius proba- tionem, nego Antecedens, quod non convincunt dux probationes adductæ. Non quid primæ: quia licet utraque perfectas sit de conceptu personæ, cùm tam ad personam constituantur ingredian- tur natura & personalitas, potest una à natura, & altera à personalitate præstari. Nec etiam secunda: quia quod personalitas creata utramque perfectam præstare sibi, prævenit ex imperfec- tione creatæ, quæ ante personalitatem subsis- tentia non est, nec existens. Sicut nec valet ista consequentia: Personalitas creata naturam pri- mo substantem constituit: Ergo est de ratione personalitatis ut sic primò substantem naturam constringere: cum plures ex illis contra quos no- stra conclusio procedit, absolutam substantiam agnoscant in eis, & consequenter teneantur fa- tem personalitatem divinam non esse primam ra- tione substantiæ divinæ naturæ.

## §. II.

## Statuitur secunda conclusio.

**D**ico secundò: Subsistens pro perfectate in- communicabilitatis accepta, realiter multiplicatur in personis divinis.

Probatur primò. Juxta Concilia & SS. Patres datur plures substantias in Divinis; Sed non plurificant, accepta substantia pro perfectate inde- pendente à substantiæ, ut præcedenti conclusio- ne ostendimus. Ergo debent saltem multiplicari, si substantia pro perfectate incommunicabilitatis accipiat. Major probatur ex sexta Synodo gene- ralitacione i. ubi dicitur, quod *Sanctissima Tri- nitas numerabilis facta est personalibus substantiis*: id ipsum habetur in Concilio Nicentio secundo, in exemplari literarum Theodori Patriarchæ Hierosolymitanæ, & in Lateranensi secundo, appro- bato a Martino I. consult. 5. & multis aliis in locis. Id etiam docent SS. Patres, Ambrosius in Symb. Apostol. cap. 2. ubi ait: *Catholicam est, ut unus Deus secundum unitatem substantie sumatur, & Parum, & Filium, & Spiritum Santum, in sua quæcumque substantia sentiamus*. Cyrilus Alexandrinus dialogo de Trinit. lib. 3. his verbis: *Omnius nostra fidei sermo hoc tendit, ut unam vidamus Deitatem naturam, que in tris substantiis propriæ subst. Athanasius serm. de Deipara dicens: Vnam Deum in tribus substi- tentiis predicamus, in quibus una sit substantia. Denique Damascenus lib. 1. fidei cap. 9. ait quod Filius propriam habet substantiam, præter eam que Patri est.*

Respondebis primò, apud Concilia & SS. Pa- tres, quando pluraliter substantiae dicuntur, ac- cipi substantiam pro personalitate.

Sed contra primo: Nam vel acceptio ista est

propria, vel improppria locutio? Si primum, habe- mus intentum, scilicet substantiam in aliqua sui propria acceptione plurificari in Divinis: si se- cundum, sine urgente necessitate Conciliorum & Patrum verba ad imperfectum sensum detorquē- tur quod est inconveniens: Ergo &c.

Secundò: Si locis allegatis substantia pro personalitate sumeretur, verba illa sexta Synodi: *Trinitas numerabilis facta est personalibus substi- tentiis*, redderent hunc sensum nugatorium: Tri- nitas numerabilis est personalibus personalita- bus: Sed hoc non est dicendum: Ergo nec illud.

Tertiò: Personalitas in recto est substantia, cùm juxta D. Thomam quæst. præcedenti art. 2. nihil aliud sit personalitas, quam substantia in rationali natura: Ergo si juxta Concilia & SS. Pa- tres, dentur in Deo plures personalitates, etiam substantia multiplicabitur in personis divinis.

Respondebis secundò, Concilia & SS. Patres locis allegatis sumere substantiam in concreto, seu pro re substante: unde quando affirmant plures esse in Deo substantias, idem est, ac si dice- rent in divinis esse plures res substantiales, ad quod necessarium non est, ut substantiae multiplicen- tur, sed sufficit quod sint plures personæ eadem substantiæ gaudentes.

Sed hæc etiam responsio eadem facilitate rejiciatur quæ præcedens. Primo, quia Concilia & SS. Patres loquuntur de substantiis ut de formis, aut veluti formis, quibus Sanctissima Trinitas constituitur, & numeratur, ut patet ex verbis sex- ta Synodi, jam relatis: sed hoc est loqui de sub- sistentiis in abstracto, & non in concreto: Ergo Concilia & SS. Patres non sumunt substantiam in concreto, sed in abstracto.

Secundò: Dato & non concesso, quod Conci- lia & Patres sumunt terminum illum pro concreto, adhuc tamen sequitur dari tres substantias in Divinis: nam ut docet D. Thomas infra quæst. 39. art. 3. ad multiplicationem concreti substantiæ necessarium est multiplicari formas: quocirca non possunt in sensu catholicæ tres personæ dici tres Dij, quia nonen, *Deus*, substantivum est, & una est solum forma per illud nomen significata, scilicet Deitas: Sed hoc nomen, *substantia*, non minus substantivum est, quam hoc nomen, *Deus*, cùm significet per modum substantiæ: & aliunde forma per hoc nomen significata, est substantia: Ergo si juxta Concilia & SS. Patres dentur in Di- vinis plures res, aut personæ substantiales; conse- quenter etiam plures in personis divinis substan- tiae, seu substantiæ rationes, admittenda sunt.

Dices: Licet hoc nomen, *substantia*, sit concre- tum substantivum, interdum tamen sumunt adjec- tivæ à Cœciliis & SS. Patribus: sicut hæc nomina *omnipotens, aeterna, sapientia*, utramque acceptio- nem admittunt.

Sed contra: Concilia & SS. Patres, ut supra di- cebamus, loquuntur de hoc nomine, *substantia*, tanquam de forma constitutive & distinguente personas: Sed accipere formam pro concreto ad- jectivo, est improppria locutio; unde nullus Theolo- gorum audebit asserere, tres dari in Deo omni- potentias, etiam si catholicæ concedantur tres omni- potentias adjectivæ: Ergo Concilia & SS. Patres, locis allegatis, non sumunt hoc nomen, *substan- tia*, vel *substantia*, pro concreto adjectivo.

Præterea: Esto quodlibet *substantia*, ita usurpa- retur, adhuc haberetur intentum. Nam concretū adjectivum non potest plurificari, nisi plurifuerit

Ec

## DISPUTATIO QVINTA

218

ratio habendi formam ab eo importatam: Sed ratio habendi formam importatam per concretum aëjectivum, non est aliud quām subsistētia; illa enim est prima ratio sustentandi aut quasi sustentandi formam: Ergo quavis daretur quod subsistētia sumatur a Patribus pro concreto adjectivo, oportet quod ipsa subsistētia ratio plarificetur.

Denique respondebis, subsistentiam divinam triplacem appellari à Concilijs & SS. Patribus, non ex eo quod ratio formalis subsistētia in personis divinis multiplicetur, sed quia subsistētia absoluta, in personis divinis inclusa, diversimodè ab illis modificatur, & diversis incommunicabilitatis modis terminatur. Sicut conceduntur in Deo plures potentiae notio[n]ales, generativa scilicet & spirativa, absque plarilitate rationis formalis producendi, quæ in utraque est absoluta, per hoc solum quod ratio illa absoluta, diversis relationibus terminetur. Ita Vincentius Asturicensis in manuscriptis de origine gratiæ, & Nazarius infra quæst. 39. art. 4. contr. vers. 1.

Sed hæc responsio & doctrina fuisse impugnabitur sequenti. Interim tamen potest confitari: Peccato quia si hæc responsio valeret, eodem modo dici posset, in personis divinis triplicem dari existentiam, ino & triplicem essentiam & naturam; quia non solum subsistētia, sed etiam divina existentia & natura, in personis divinis inclusa diversimodè ab illis modificatur, & diversis incommunicabilitatis modis terminatur: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud.

Secundò impugnatur praedicta responsio: Damascenus supra relatus ait, quod Filius propriam habet subsistentiam, præter eam quæ Patris est: Sed hoc erit falsum, si ratio formalis subsistētia in personis divinis non multiplicetur; ex eo enim quod subsistētia absoluta à paternitate & filiatione diversimodè modificetur, solum colligi potest, quod Filius habet subsistentiam sibi appropriatam, non tamen sibi propriam, & diversam ab ea quæ Patris est: Ergo præfata responsio menti Damasceni repugnat.

Tertiò, SS. Patres docent multiplicari in Divinis personalitates: Sed illæ non possunt multiplicari, nisi etiam subsistentia, seu ratio per se subsistētia incommunicabiliter, in personis divinis multiplicetur, ut infra ostendimus: Ergo non sufficit ad salvanda dicta Conciliorum & SS. Patrum, admittere unicam subsistentiam absolutam à relationibus divinis diversimodè modificatam & terminatam, ut magis patebit ex dicendis §. sequenti.

### §. III.

#### Conclusio ratione suadetur.

49. Ratio fundamentalis nostræ conclusionis sumitur ex illo communi Theologorum principio, quo afferunt, ea quæ relativæ sunt, & quæ personis divinis ratione relationum convenienter realiter multiplicari in illis: At subsistentia, pro perfectate incommunicabilitate accepta, in Deo relativæ est, & convenienter personis divinis, ratione relationum, non vero ratione essentia, aut perfectionum absolutarum: Ergo realiter in illis multiplicatur. Major est certa, & patebit ex dicendis disputatione sequenti. Minor vero probatur: Subsistētia ut dicit modum subsistētii incommunicabiliter, est constitutiva personarum in Deo: Sed persona divina constituantur per aliquid relativum,

A vum, ut constabit ex dicendis infra, quando agimus de constitutivo divinarum personarū: Ergo subsistentia, ut dicit perfectatem incommunicabilitatis, seu modum subsistētii incommunicabiliter, relativæ est, & personis divinis convenienter ratione relationum, non vero ratione essentia, aut perfectionum absolutarum.

Respondent Adversarij: Personas divinas non constitui per subsistentias relativas, virtualiter distinctas a subsistentia absoluta essentia, sed per ipsam subsistentiam absolutam, non quidem ut absoluta est, sed ut est modificata per relationes divinas. Cum enim (inquit) in ratione personæ duo tantum importantur, scilicet subsistentia incommunicabiliter: primum tribuitur personis divinis a subsistentia absoluta essentia in illis inclusa; alterum vero præstatur a relationibus, quæ ratione oppositionis relative quæ gaudeat, sunt fundamenta distinctionis & incommunicabilitatis in personis divinis. Et ita superfluum videtur & otiosum, præter subsistentiam absolutam, tres relativas in personis divinis admittere: cum plura subsistentia absoluta, ut tribus relationibus modificata, possit præstare totum id, quod ad rationem & constitutionem personæ divine requiriuntur.

Hæc responsio & doctrina continet principium fundamentum adversa sententia: quare non negligenter confitanda est, sed varij rationibus Theologicis demonstrandum, præter subsistentiam absolutam & communem, personis divinis convenientem, ratione essentia, tres adhuc subsistentias relativas ac proprias, & ratione relationum illi convenientes, necessario esse admittendas.

Prima ratio jam insinuata est, & colligatur ex dictis supra disp. 4. art. 2. Ibi enim ostendimus, significatum formale & directum hujus nominis, persona divina, esse subsistens incommunicabiliter: unde ut persona divina multiplicetur, utrumque debet multiplicari realiter, subsistentia scilicet, & incommunicabilitas; & ad constitutas & multiplicandas personas divinas: non sufficit unica subsistentia, per relations modificata, ut contendunt Adversarij, sed plures relations divinae debent secum deferre suas subsistentias relativas & sibi proprias, a subsistencia communis & absoluta essentia in illis inclusa, virtualiter distinctas.

Confirmatur primo: Nam ut ibidem monstravimus significatum formale hujus nominis, persona divina, non est relatio secundum munus referendi, sed secundum munus subsistētii incommunicabiliter: Ergo ut ratio persona in Deo multiplicetur, debet non solum multiplicari relatio secundum rationem ad, & quatenus est respectus ad terminum, sed etiam secundum rationem in, & prout habet rationem subsistentia, & formam hypostaticam; & consequenter non solum in Deo admitti debent tres relations modificantes subsistentiam absolutam, sed etiam tres subsistentias relativas, & personales, divinas personas in ratione hypostasis & personæ constituentes. Unde Divus Thomas infra quæst. 40. art. 3. hæc scribit: Non enim proprietates personales preintelliguntur divini hypostasis divinis, sicut forma subiecta praesistenti, sed seruit secum sua supposita, inquit, sunt ipsæ Persona subsistentes. Et ibidem in resp. ad 2. art. 2: Paternitate Pater non solum est Pater, sed etiam Persona, & quis sit hypostasis.

Confirmatur amplius: Non potest in Deo multiplicari persona, nisi etiam multiplicetur personalitas: Sed personalitas non potest multiplicari, nul-

etiam multiplicetur substantia; Ergo non potest multiplicari persona in Divinis, nisi substantia multiplicetur. Major patet: nam personalitas est constitutiva personæ, sicut humanitas hominis: quare sicut non possunt dari plures homines, nisi continentur plures humanitates, ita nec potest multiplicari persona, nisi personalitas multiplicetur. *Uide S. Thomas infra quæst. 39. art. 3. ad 4.*

*Forma significata per hoc nomen, persona, non est essentia, vel natura: sed personalitas: unde cum sint tres personalitates, non singulariter, sed plures predicatorum de tribus. Minor vero sic ostenditur. Multiplicato inferiori debet etiam multiplicari superius, quod est commune communitate rationis: sicut multiplicatis hominibus aut equis, debet multiplicari ratio animalis: Sed substantia est quid superior ad personalitatem, qua substantiam addit quod sit incommunicabilis, & nature intellectus, ut docet D. Thomas quæst. precedenti art. 2. Ergo multiplicata personalitate necessario debet multiplicari substantia.*

**A** Secunda ratio. Multiplicato principio quod actionis notionalis, debet multiplicari ratio substantiae, & non tantum modus incommunicabilitatis: Sed in personis divinis, multiplicatur principium quod actionis notionalis: Ergo non solum incommunicabilitas, sed etiam substantia debet in multis multiplicari. Minor est certa: nam aliud est principium quod generationis, & aliud principium quod spirationis. Major autem probatur ex illo communi Philosophorum axiome quo afferunt actiones esse substantiam: unde sicut ex hoc invenimus in Deo, secundum se considerato, admittendam esse substantiam aliquam absolutam, ratione cuius sit principium quod creationis, conservations, & aliarum operationum ad extra, quæ in aliis sunt, & toti Trinitati communes; ita ex eodem principio sequitur in Patre v. g. præter incommunicabilitatem, admittendam esse aliquam substantiam relativam, per quam constitutatur in uno principio quod actionis notionalis, scilicet generationis; & aliam in Filio, per quam una cum Patre constitutatur principium quod spirationis actiæ.

**B** Hoc argumentum probat solum in Patre & Filio admittendas esse substantias relativas & personales: verum tamen facile potest ad Spiritum Sanctum extendi. Nam sicut principium quod, in & terminus qui actionis notionalis, debet esse substantiam incommunicabilis; sicut enim actiones, vita & passiones, aut quasi passiones, sunt substantiam: Sed Spiritus Sanctus est terminus qui actionis notionalis, scilicet spirationis actiæ, per quam producitur. Ergo non minus gaudere debet substantia relativa & incommunicabili, quam

Pater & Filius.

Tertiatio. Incommunicabilitas quam dicuntur personæ divine, non est pura negatio, sed fundatur in aliquo positivo: At illud non potest esse aliud, quam substantia: Ergo in personis divinis, praeter tres incommunicabilitates, tres substantiae admittendae sunt. Major patet ex dictis disp. precedentiar. 2. Minor vero probatur: quia si illud positivum non esset substantia, se haberet per modum forme adjacentis; & cum sit constitutivum per soni in eff. personali, persona divina, ex sua formalissima ratione, se haberet per modum forme adjacentis rei existenti, quod est absurdum, & accedit ad errorem Gilberti Porretani, qui divisas personas essentias divinas assidentes, illigentes adjacentes esse fingebat.

*Tom. II.*

**B** Secundò probatur eadem Minor. Si positivum illud, in quo divinarum personarum incommunicabilitas fundatur, ex propria ratione non esset substantia, sequeretur quod essentia divina, præintellecta hujusmodi positivo, esset suppositum & persona; atque ita, aut una tantum, aut quatuor essentia personæ in Deo: Sed hoc dici nequit, ut patet: Ergo &c. Sequela probatur: Suppositum, seu persona, est substantia incommunicabilis alteri ut supposito: Sed essentia divina, ut præintellecta hujusmodi positivo, esset incommunicabilis alteri ut supposito: Ergo esset suppositum & persona. Probatur Minor: quia non esset communicabilis nisi illi positivo, quod ce se non esset substantia, sed potius per eam subsisteret; & se haberet ad illam in forma ad substantiam: ex eo autem quod aliquid sit communicabile alteri ut formæ, ad sustentandam illam, non tollitur ab eo quod sit suppositum; ut patet in Verbo Divino, quod communicatur hoc modo humanitati ad illam sustentandam: Ergo &c.

Ultima ratio. Si Persona Verbi Divini v. g. non haberet aliam substantiam, quam absolutam unionem humanitatis ad Verbum, fuisse facta immediatè in aliquo absoluto, & communi tribus personis; ac proinde omnes tres personæ essent incarnatae. Sequela probatur: Unio humanitatis immediate facta est ad substantiam; quia unita est Verbo ab substantiæ in illo, & subsistere est effectus formalis substantiæ: Ergo si in Verbo non sit nisi substantia absoluta, unio humanitatis immediate facta est ad aliquid commune & absolute.

#### S. IV.

##### Duo corollaria precedentis doctrine.

**C** Ex dictis colligitur triplex discrimen, quod inter substantiam & existentiam experitur; triplexque ratio, cur substantia debet in personis divinis multiplicari, non vero existentia. Nam in primis existentia non habet quod sit formale constitutivum persona, sicut substantia. Secundo, nomine personæ divina formaliter & directe significatur substantia, non vero existens. Tertio existentia dicitur tantum uno modo, substantia vero duplificiter.

Colligitur etiam major confirmatio doctrinæ à nobis traditæ supra disp. 3. art. 5. cur scilicet relationes divina non addant perfectionem ad existentiam, et si gaudent propriis substantiis; quia scilicet ratio substantia, quam addunt, non consistit in perfectitate independentiæ, qua perfectio est sed in perfectate incommunicabilitatis, que ordinem ad existentiam non exprimit, nec perfectionem dicit; in hoc enim quod est alteri non esse communicabile, nulla reluet perfectio.

**E**

#### S. V.

##### Solvuntur objectiones.

**D** PRæcipuum Adversariorum fundamentum sumitur ex autoritate D. Thomæ, qui videtur favere illorum sententiaz: docet enim quæst. 8. de potentia art. 3, ad 7. 8. & 9. quod *relatio in Divinis distinguunt in quantum est relatio constituit autem hypothesim, in quantum est divina essentia.* Et quæst. 9. art. 5. ad 13. *In rebus (inquit) creatis principia individuantia duo habent, quorum unum est quod sint principia substantiæ, natura enim communis de se non substantia nisi in singularibus*

*Ecc iij*

## DISPUTATIO QVINTA.

220

*Aliud est quod per principia individuantia supponit natura communis ad invicem distinguuntur. In Divinis autem proprietates personales hoc solum habent, quod supposita divina natura ad invicem distinguunt, non autem sunt principium subsistendi naturae divinae: ipsa enim natura divina est secundum se subsistens: sed è contra proprietates personales habent quod subsstant ab essentia. Ex quibus verbis hoc argumentum conficitur. Si relations divina deferent secum proprias subsistentias, illa esse rationes subsistendi divinae essentiae: At qui relations non sunt rationes subsistendi divinae naturae, sed potius habent à natura divina quod subsstant, ut afferit D. Thomas, locis relatis: Ergo secundum principia doctrinae D. Thomæ, relations divinae non deferunt secum proprias subsistentias relatives; sed habent quod subsstant à subsistencia absoluta essentiae, quae in illis includitur.*

61 *Respondent plures ex nostris Thomistis, quod quando S. Thomas afferit, quod relations divinae non habent quod subsstant, nisi in quantum sunt divina essentia: ly inquantum, denotat solum radicem, non vero rationem formalem subsistendi & significat, quod hæc relations divinae, ex vi sua linea & rationis formalis, habent quod subsstant, & personas divinas constituant: quod tamen hoc minus praestet, provenit tanquam à principio radicali à divina essentia quam includunt.*

62 *Hac tamen responso non videtur mentiri. Doctoris conformis. Primo, quia D. Thomas in responso illa ad 13. constituit hoc discrimen inter omnem naturam creatam, & divinam, quod divina a se subsistit, & proprietates ab illa; creatura autem non ita, sed proprietates dant illi subsistere; & ab aliis distinguunt. At ly inquantum, denotante naturam pro radice, & non pro ratione formalis subsistendi in proprietatibus, non salvatur hoc discrimen; nam etiam in natura angelica, proprietates individuantes habent radicaliter à natura quod subsstant: Ergo ly inquantum, non radicem, sed rationem formalem subsistendi designat.*

*Secundo, D. Thomas ibidem afferit, quod proprietates personales non dant divinæ essentiae quod subsistat: Sed hoc erit falsum, si particula inquantum, solum radicem, non vero rationem formalem subsistendi excludat: Ergo idem quod prius. Minor patet in exemplo adducto: Nam licet in natura angelica proprietates individuantes habent radicaliter à natura quod subsstant, quia tamen rationem formalem subsistendi secum deferunt, dant illi quod subsistat formaliter: Ergo pariter, si proprietates personales in Deo propriam subsistentiam secum deferant, dabant essentiae divinae quod subsistat, quamvis rationem illam subsistendi, at illa ut à principio radicaliter habeant.*

*Tertio ibidem S. Doctor ait, relations ratione sui distinguere supposita: quod tamen illa subsistencia constituant, habere inquantum sunt divina essentia: At ly inquantum, denotante radicem, non subsistit hoc discrimen, nam etiam radicaliter habent ab essentia quod supposita distinguunt, sicut & totum esse ab essentia radicaliter habent: Ergo non radicem, sed rationem formalem denotat particula inquantum. Hac Ergo responso prætermissa.*

63 *Melius responderetur, quod quando S. Thomas*

A dicit relations divinas habere quod subsistat essentia, non loquitur de subsistence ut dicat perfectatem incommunicabilitatis, de qua in presenti agimus, sed de subsistence pro perfectione independentia sumptu: cum enim subsistence sub hac acceptione sit maxima perfectio, provenit non solum radix altera, sed etiam formularis divina essentia, non vero à relationibus, quae ratione sui perfectionem non dicunt. Unde haec testimonia D. Thomæ primam conclusionem suprastatutam confirmant; secunda tamen nequam præjudicant.

B Neque huic interpretationi & solutioni obicitur, quod D. Thomas ibidem ait, nempe quod relatio constituit hypostasis, in quantum est divina essentia: quod non videtur posse verificari de subsistence, ut dicit perfectatem independentem: hec enim hypostasis non constituit, sed solum de subsistence prout dicit perfectatem incommunicabilitatis. Hoc, inquam, non obicitur, quia D. Thomas ibi non loquitur de constitutione hypostasis in ratione personæ, sed in ratione subsistentiæ, subsistence absoluta, de qua loquuntur, ut facilius colligitur ex responso illa ad 13, ubi post verba allegata, statim subdit: *Relatio enim inquantum est relatio, non habet quod subsistat vel subsistere faciat; hoc enim solum subsistente est.* Quibus ultimis verbis aperte declarat, se loquuntur subsistence quae convenientia divinae quoniam est substantialis, & non accidentalis, sicut relationes creatæ: Sed hæc est subsistence, ut dicit perfectatem independentem, ab alio sustentante, ut patet: Ergo de illa loquitur.

C Ex his patet solutio ad argumentum ex prailegatis testimoniis deductum. Respondeatur enim, distinguendo Majorem: Si relations divinae deferent secum proprias subsistentias, illæ ellen rationes subsistendi divinae essentiae, in prioriceptione subsistence, prout feliciter dicit perfectatem independentem, nego Majorem: in posteriori acceptance, & prout importat perfectatem incommunicabilitatis, concedo Majorem: sed eadem distinctione Minoris, nego Consequitiam. Licet enim relations divinae perfectæ independentie non tribuant esse hæc divina, sed potius ab illa accipiunt, illi tamen dant perfectam incommunicabilitatem alteri ut supposito.

D Dices: Si paternitas verbi gratias hanc perfectatem incommunicabilitatis essentiae divinae inbucret, redderet naturam divinam aliis personis incommunicabilem; & sic defrueretur Mylitem Trinitatis, quod consistit in hoc quod eadem numero natura, tribus suppositis, realtere dilatatur, communicetur.

E Sed nego sequalam: hoc enim peculiare est natura divinae, ob suam infinitam perfectionem & fecunditatem, quod in tribus suppositis subsistat, atque adeo quod veluti inad equale per quamlibet personalitatem & subsistentiam terminetur. Ut paternitas habet quidem quod reddat naturam divinam alteri Patri incommunicabilem, non tamen in Filio, vel Spiritu sancto.

F Veleiam responderi potest ex doctrina. Thoma querit, 2. de potentia art. 5. in corpore quodque libet relatio divina reddite naturam divinam incommunicabilem, non absolute, & quod non habitam, sed secundum quid, & quod modum habendi. Diverso enim modo natura divina est in Patre & Filio, nec potest esse in Filio, modo quo in Patre. In Patre enim est utra habeat, & principium generandi: in Filio ut alio, non

generandi principium; & in Spiritu Sancto ut à Pare & Filio communicata, neque ibi est primum alterius processionis. Unde quilibet substantia relativa constituit naturam divinam incommunicabilem alteri personæ, non absolute, sed sibi peculiariter & proprio modo, quo quilibet persona divina illam habet.

**B** Obiectus secundum: Ratio substantiae est aliquid absolutum: Ergo nulla datur in Divinis substantiæ relativa. Consequens patet, Antecedens probatur ex Augustino supra relato, dicente: *Omnis res ad seipsum subsistit, quantum magis Deus: Sed illud quod est ad se & non ad aliud, absolutum est: Ergo ratio substantiæ est aliquid ab solum.*

Repondeo negando Majorem: sicut enim in rebus creatis inesse accidentis nec absolutum nec refectionem est, sed abstractus ab utroque, eo quod aliquod accidentis inhereat absolute, ut quantitas & qualitas; aliud vero inhereat referendo ad terminum, sicut relatio: ita similiter in Deo ratio substantiæ ut sic nec absoluta nec reflectionem est, sed abstractus ab utroque, est enim aliquid in Deo secundum se considerato, & ut per intellectu divinis relationibus; relativa vero personis divinis, ut tribuit illis rationem substantiæ incommunicabilitatem.

Ad Augustinum vero, dicendum est ipsum ibi hanc de substantiæ, ut dicit perfectatem independentiam ab alio sustentante, quaæ absoluta est, & dicitur adeo, non vero ad aliud; unde convenit personis divinis, ratione essentia, non vero ratione relationum. Velerian dici potest cum D. Thomas, quæst. præcedenti art. 4. ad i. & in i. dist. 3. quæst. unica art. 3. ad i. & ad Annibaldum dictum art. 2. ad i. & de potentia quæst. 9. art. 4. ill. divinam personam dici substantiæ ad se per substantiam relativa, quia divina personant se nobis concepta (per analogiam scilicet ad creare) non significat relationem secundum mutuotatem ad terminum, sed ut substantiem incommunicabiliter, sub qua ratione non exprimitur ad terminum; & quanvis re ipsa non importat ex parte rei significata, non tamen ex parte modi concipiendi & significandi.

Obiectus tertius: quia existentia est ultimus terminus, non potest altera existentia actuari, nec potest absolute relativa in Deo conceditur, ut in disputatione ostendimus: At substantia est terminus ultimus in linea substantiæ: Ergo per aliam terminari non potest, nec præter voluntatem concedi relativa.

Repondeo primò, distinguendo Minorem: Substantia personalis est ultimus terminus, concreta Minorem. Non personalis, nego Minorem. Substantia enim absolute & essentialis, sicut non est incommunicabilis, ita nec habet rationem ultimi termini, sed tantum termini constitutus naturam quod, & nostro modo intelligi reddentis illam ultimo capacem existentiam. Repondeo secundo, distinguendo rursus cantem Minorem. Substantia est ultimus terminus in linea, vel incommunicabilis, concedo Minorem: in utraque linea, nego Minorem. Similiter distinguo Consequens: non potest terminari per aliam ejusdem rationis, concreta, diversa rationis, nego. Itaque substantia, que est ratio perfectatis independentia, sicut non per aliam quæ sit ratio independentia, tamen per aliam quæ sit ratio in-

communicabilitatis. Et è contra substantia incommunicabilis non potest per aliam actuari, quæ sit ratio incommunicabilitatis; bene tamen per aliam, quæ sit ratio independentia.

Quarunt hic aliqui, an ratio personæ ut sic de tribus personis divinis univoca vel analogice prædicetur?

Breviter respondeo: hæc enim difficultas nullus ferè momenti est, magisque pertinet ad Logicam, quam ad Theologiam, probabilis est, & principiis supra statutis conformius, illam non praedicari univoco, sed tantum analogice, non analogia attributionis, sed proportionalitatis; coque ferè modo, quo ratio entis ut sic de Petro & Paulo prædicatur.

Ratio fundamentalis hujus responsionis est: quia ratio univoca, cum debet esse perfectè una, nec ullam in suo conceptu importare diversitatem, debet esse perfectè præcisa à differentiis inferiorum, unde cum non possit dari perfecta præcisio ex parte unius extremi, nisi deatur etiam ex parte alterius, ut loco citato ostendimus; si in Deo daretur aliqua ratio univoca, deberet etiam dari perfecta præcisio conceptum, seu distinctionis rationis per modum excludentis & exclusi, & consequenter aliqua compositio rationis, tanta quanta est compositio ex genere & differentia, quod divina simplicitati repugnat: Ergo ratio personis divinæ non est univoca, sed analogæ respectu trium personarum; & cum non possit esse analogia, analogia attributionis, eo quod ratio personæ intrinsecè & essentialiter in qualibet ex tribus personis divinis reperiatur, restatur sit analogia respectu illarum analogia proportionalitatis; eo ferè modo quo docent Philosophi ens esse analogum ad duo individua ejusdem speciei.

Neque obstat quod D. Thomas in i. dist. 25. quæst. 1. art. 3. impugnet sententiam aliquorum, qui dicebant personam divinam analogice prædicari de tribus personis; & postea concludat eam esse communem, sicut ratio animalis est communis homini & animo; quod etiam repetit in i. ad Annibaldum, eadem distinctione, quæstione, & articulo.

Non, inquam, hoc obstat quia S. Doctor ibi solum intendit docere, personarum ut sic non esse analogice communem tribus personis, secundum communitem intentionis aut proportionis, seu puri respectus rationis (ut docebant illi quorum sententiam impugnat) sed secundum communitem rationis fundatam in re: ad quam explicandam affer exemplum animalis respectu hominis & animi; non quod velit esse paritatem in modo communitatis, ita ut utraque sit univoca, sed solum in ipsa communite, ita ut utraque sit essentialis & quidditativa, & rationis cum fundamento in re. Et quod hæc interpretatione sit legitima, aperte colligitur ex eo quod ibidem docet, quod licet ratio personæ sit communis, non est tamen sicut universale. Et hic art. 4. ait non esse aliquid commune, sicut genus vel species: si autem univoco de personis divinis prædicaretur, deberet illis esse communis per modum universalis, immo tanquam genus, vel species: omnis enim ratio univoca & quidditativa, debet esse, vel generica, vel specifica, vel differentialis: Sed ratio personæ ut sic non est differentialis, ut patet: Ergo si univoco de tribus personis prædicatur, deberet tanquam genus aut species de illis prædicari.

Tom. II.